

DISSERTATIO TRIGESIMA SEPTIMA
DE
LEOPOLDO.

§. I. Leopoldi natiuitas, parentes & mores. §. II. Controuersia de Vicariatu. §. III. Controuersia de iure coronandi Imp. §. IV. Leopoldi electio disfidiosa. §. V. Comitibus Deputatorum Imperii continuantur. Grauamina Suecorum & Gallorum contra Caesarem. der Rheinischen Fürsten Alliantz. §. VI. Bellum in Polonia, Holsatia & Pomerania cum Suecis. Pax Oliuensis, Pyrenæa, Rotschildensis & Hafniensis. §. VII. Controuersia Monasteriensis. §. VIII. Motus Transylvanici. §. IX. Initia B. Hungarici: Turca Neubeuselum occupant & Serinwar. §. X. Clades Turcarum ad S. Gotthardi Fanum. Pax cum Turcis. §. XI. Initium Comitiorum a. 1663. §. XII. Controuersia de successione in Ducatu Cellensi. §. XIII. Controuersia Erfurtensium cum Electore Moguntino. §. XIV. Controuersia de Wildfangiatu. §. XV. Controuersia Bremensis. §. XVI. Magdeburgum El. Brandenburgico homagium praestat. Controuersia de successione Iuliacensi inter Brandenburgicos & Neoburgicos plene componitur. §. XVII. Controuersia de successione Oldenburgensi. §. XVIII. Leopoldus vnicus haeres domus Austriacae matrimonium init cum Margaretha Theresia. Conspiratio Vngarica a. 1670. §. XIX. Controuersia Borckeloensis, Huxariensis, Brunswicensis. §. XX. Controuersia inter Electorem & Urbem Colonensem. §. XXI. Galli ex iure deuolutionis in Belgium praetendunt, & Germaniam. Pax Aquisgranensis. Galli bellum mouent contra Belgas Fœderatos. Fœdus Gallorum cum Suecis. §. XXII. Galli Lotharingiam occupant. §. XXIII. Controuersia de successione Altenburgensi. §. XXIV. Fœdus Bilefeldiae & Colonia ad Spream pro Belgii defensione. Gallie Rex quatuor Belgii Fœderati prouincias occupat. §. XXV. Caesareus & Brandenburgicus miles Rhenum transeunt pro Belgii defensione, Montecuculus a Lobconitio impeditur. Tractatus Vossensis inter Gallos & Brandenburgicos. §. XXVI. Belgarum Fœdus cum Leopoldo & Hispanis. Caesareani ad Rhenum Inferiorem pergunt. Galli Traiectum ad Mosam occupant. §. XXVII. Tractatus Colonensis. Captiuitas Guilielmi Fürstenbergii. Pax Belgarum cum Anglis, Coloniensi & Monasteriensi. §. XXVIII. B. ab Imperio contra Gallos decernitur. Prælium ad Senefam. Souchius an in culpa? §. XXIX. Prælium ad Sinshemium, Holtzhemium & Ensishemium. Elector Brandenburgicus cum exercitu ad Rhenum agit. Bournonilli fides suspecta. Caesarei Burgundium inuadunt. §. XXX. Sueci prouincias Brandenburgicas inuadunt. Prælium ad Ratenauiam & Fehrbellinum. §. XXXI. Rex Danie Ducem Holsatiae ad pactionem Rendsburgensem adigit. VVismariam occupat. §. XXXII. Monasterienses & Lüneburgenses Bremensem Ducatum occupant. §. XXXIII. Galli Leodium, Huium, Dinantum, Limburgum, Dachsteinium occupant. Turennius cadit. Prælium ad Augustam Treuirarum, quae capitur. §. XXXIV. Nouiomagum ad Pacis Tractatus, Anglo sequestro, placet. §. XXXV. Leodi Neutralitas. Galli in terras Iuliacenses irrumpunt. Galli Ariam & Bouchanium capiunt. Traiectum ab Auriaco frustra obsidetur. Philipsburgum capitur. §. XXXVI. Sueci Vsedomiam occupant, a Brandenburgicis recuperatum, VVolgastum frustra tentant. Brandenburgicus Anclam, Löckenitiam, Demminum, Dammum occupat. Dani prælio nauali victores, in Scaniam irrumpunt. §. XXXVII. Galli Dachsburgum capiunt, Valentianas, S. Audomari fanum, Cameracum: Belgas ad Mont-Casselium cedunt. Fœderati Carloregium frustra obsident. §. XXXVIII. Dux Lotharingie in Galliam perrumpere conatur. Io. Georgii Isenacensis Ducis gesta ad Rhenum. Galli Friburgum & S. Gisleri fanum occupant. §. XXXIX. Dani Christianopolim & Malmogiam Scania frustra obsident, ad Landscronam vincuntur, ast, mari victores